



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvtii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

Suspirium tertium, gratiarum actionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

## SV SPIRIVM TERTIVM

*Gratiarum actionis.*

**P**Ræterea ô Domine, quotiescun-  
que suspirâdo ex intimo cordis  
dixero: O Domine & Pater benignis-  
sime, tibi gratias ago; hicque  
filuero: cum omni efficacia, quâ tu  
maximâ concipere potes, tibi gra-  
tias immortales referre intendo,  
pro cunctis beneficijs infra scriptis.

Gratias tibi ago, quòd me crea-  
ueris ad imaginē & similitudinem  
tuam, mihi que animam integram  
cum omnibus potentijs: & corpus  
perfectum cum omnibus sensibus  
contuleris.

Gratias tibi ago, quòd me haec-  
tenus conseruaueris, & nunc conser-  
ues in esse, quo me creasti: & quòd  
pro mei conseruatione omnia visi-  
bilia & inuisibilia condideris.

Gratias tibi ago, quòd me per  
tuam infinitam bonitatem & mise-  
ricordiam redemeris: hicque specia-  
les tibi gratias refero pro humili-  
tate quam pro me subiisti, pro cari-

416 TESTAMEN. ANIMAE  
tate qua me dilexisti: pro laboribus  
& ærumnis, quas mei causa sustinu-  
isti in vita & in morte.

Gratias tibi ago quòd me lauacro  
baptismatis regeneraueris: ac uicini  
templum, ac filium adoptiuum sine  
ullo meo merito, imò cum multis  
demeritis meis effeceris: animæq;  
meæ gratiam, virtutes & dona plu-  
rima infuderis, meque à Dæmone,  
morte, & inferno liberaueris, quod  
multis nationibus, Turcarum *vide-*  
licet Iudæorum, aliarumque barba-  
rarum gentium non exhibuisti.

Gratias tibi ago, quòd me de  
nebris peccati, in quibus lōgo tem-  
pore immerfus iacueram, exem-  
eris: quod me benignè ad poenitentia  
expectaueris: quodque non statim  
me condemnaueris, uti scelera mea  
promerebantur; sed longanimitè  
me sustinueris, & pro eo quod ca-  
stigare me debuisses, multis admo-  
nitionibus & bonis inspirati-  
bus visitaeris, ut me de tenebris, in  
quibus iacebam, erueres: quod de-  
nique cum tanta vi & efficacia me

VOC.

vocaueris, vt catenas, & vincula,  
quibus constrictus erā, nimirū: Pec-  
cati voluptatem: Dēmonis potesta-  
tem: & vim inueteratæ consuetudi-  
nis perruperim: quòd denique per  
tuam misericordiā & clementiam  
me tanquam filium susceperis, atq;  
immanibus sceleribus meis, vti piē  
confido, ignoueris.

Gratias tibi ago, quòd tam mul-  
tis bonis inspirationibus, cogitati-  
onibus, & desiderijs bene agēdi me  
præueneris: quando quidem omni,  
quæ hactenus piē cogitauī, dixi &  
egi, aut quæ vnquam cogitabo, lo-  
quar, & agam, à tua benignissima  
& munificentissima misericordia  
proficiscuntur.

Gratias tibi ago, quòd me libera-  
ueris & præseruaueris ab innume-  
ris malis & periculis.

Gratias tibi ago, quòd mei causa  
tam salutaria Sacramenta, potissi-  
mum, confessionis & S. communi-  
onis, institueris.

Gratias tibi ago, quòd me innu-  
meris particularibus beneficijs,

S s      quæ

418 TESTAMEN. ANIMAE.

quæ alijs non contulisti affeceris:  
pro quibus omnibus cum natura,  
tum gratiæ: cum occultis, tum ma-  
nifestis: cum cognitis tū incogni-  
tis; generatim, & speciatim tibi  
gratias immortales reddo.

Gratias tibi ago quòd me, vt con-  
fido, ad æternam beatitudinē præ-  
destinaueris, quam in hac vita per  
spem possideo, in futura verò re-  
ipsa consecuturus sum.

Pro his & omnibus alijs benefi-  
cijs, mihi & cunctis hominibus, qui  
fuerūt, sunt & erūt, factis & faciendis  
tibi immensas gratias persoluo.

Speciatim verò gratias tibi ago  
pro omnibus quæ fecisti & contu-  
listi B. Virgini Mariæ matri tuæ.

Gratias etiam tibi speciales ago,  
pro omnibus quæ fecisti & contu-  
listi sanctissimæ humanitati à Diui-  
no verbo assumptæ.

Pro omnibus denique beneficijs  
factis & faciendis, & quæ facere  
potes, mihi & omnibus alijs tibi  
gratias refero in forma & metho-  
do, quæ tibi acceptissima sit.

SVSPL

SUSPIRIUM QVARTVM  
Laudis.

Porro, quotiescumque ô Domine  
suspirando ex corde, dixero:

O DOMINE TE LAUDO.

Intendo tibi intra cor meum  
omnes illas laudes, quibus te affe-  
cerunt, afficiunt, & afficient, omnes  
homines qui vnquam in mundo  
fuerunt, sunt, & erunt, imò omnes  
illas laudes quibus te potuerunt,  
possent & poterint afficere, sed per  
ingratitude[m] suam neglexerunt,  
& negligent, offerre.

Intendo tibi omnes laudes offer-  
re, quibus te celebrârunt, celebrant,  
& celebrabunt in sempiternum vni-  
uersæ creaturæ tuæ.

Intendo tibi omnes laudes offer-  
re, quas tibi sacræ literæ, veteris, &  
noui testamêti & omnes libri, quo-  
quot fuerunt, sunt, & erunt, tribue-  
runt, tribuunt, & vsque ad finem  
mundi tribuent.

Intendo tibi omnes laudes offer-  
re: quas tibi omnes Angeli & electi

S 6 Dei